



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 19. Cæsareorum Legatorum postulata de usu Calicis ibidem  
proponendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul. XVI.**

**A.C. 1562.**

Blanco denique non probabatur quod ad Canones tanquam fidei dogma apponeretur, a Christo collatum fuisse Sacerdotii Ordinem Apostolis per ea verba: *hoc facite in meam commemorationem*; agebat enim, quod consueverunt Concilia veritatem declarare, nec interpretationes præscribere, productis sacrarum literarum, aut Sanctorum Patrum testimoniis. Hæc potissimum in propositis Decretis, & Canonibus observata sunt, conventumque est, ut omnia magis adhuc limarentur, adhibita cura, vi cujus ea, quæ cunctis placerent, illis infererentur, simulque, quæ alicui displicerent, ab eis aufererentur.

§. XIX.

*Cæsareorum Legatorum postulata de usu Calicis ibidem proponendo.*

*Pallav. l. 18.*

*6.3. n. 1.*

*Thuan. hist.*

*l. 32.*

*Ep. Legat.*

*ad Borrom.*

*20. Aug.*

Nondum penitus absolutæ erant questiones de Sacrificio, cum in eodem Patrum conventu alia, eaque difficilior, licet minus ingeniosa moveretur controversia; quippe Cæsaris Legati rursus postulabant, ut Ferdinandi Principis sui petitioni circa Calicis usum satisfaceret; quapropter Papæ Legatorem diutius protrahere haud poterant, & quamvis Borromæus Cardinalis jam antea ad illos percipisset, quod

ad faciliorem hujus petitionis concessionem haud parum conferre videretur, si illa ad solos restringeretur Bohemos, qui jam dudum communioni sub unica duntaxat specie sese acriter opposuerant, nihilominus Legati in suis ad eum literis modo longe diverso respondebant ita inquires; „cum Cæsaris postulatio „ad cunctas Imperii ditiones extendatur, „veremur, ne nunc per rei propositæ „restrictionem ad unicum quoddam regnum, dum ei gratificari studemus, „illum potius offendamus. „ Ceterum Legati sub idem tempus obistere cogebantur alteri Cæsaris postulato, quod per Delphinum Nuntium nomine Imperatoris ad eos fuerat delatum, illudque collimabat, ut definitiones de Sacrificio protraherentur, tantisper saltem, dum Ferdinandus Cæsar in propinquis Comitibus ultimos adhibuisset conatus, ac Protestantes eo induxisset, ut Synodum accederent. Ad hæc rescripserunt Legati, quod ob causas sæpius allatas superfedere amplius non possent citra Ecclesiæ dedecus, ac ingens illius detrimentum: electum enim, inquebant illud argumentum, quod ætate Julii III. fuerat intermissum, ut re ipsa haberetur tacita continuatio, prout inter Cæsarem, & Catholicum Regem convenerat: ceterum Legati eo impensius stu-

**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1562.**

duere promptum ad alteram petitionem animum præferre; ac proinde die vigesimo secundo Augusti rem Patribus proposuere.

§. XX.

*Libelli supplices hanc in rem Patribus a Cæsaris Oratoribus oblati.*

*Pall. c. 3. n. 3.* Nihilominus Cæsaris Oratores, ut eo facilius id, quod petebant, consequerentur, duo confecerant scripta, eorumque primum erat valde prolixum, alterum autem brevius, quod ultimum ut Patribus prælegendum traderetur, speciatim a Synodi Præsilibus postulabant: porro in eo hæc continebantur:  
 „jam ab illo tempore, quo primum Constantiensis Concilii interdictum emanabat, retentus fuit a Bohemis pertinaciter usus utriusque speciei in Eucharistiæ sumptione, huncque usum iidem propugnarunt tam rationibus, & consiliis, quam armis, & quidem non modo plebeji, sed etiam nobiles, ac Dynastæ, & eorum complures, ad quos ex veteri consuetudine spectabat publicorum Magistratum exercitatio, eapropter Synodus Basileensis sese inclinabat ad calicis usum certis conditionibus positus restituendum: nec minus id ipsum indulserunt Romani Pontifices